

DE ECCLESIASTICA HIERAR-

CHIA CONCL VSIONES THEOLOGICÆ, QVAS IN

publica disputatione defendet Eruditus Artium Magister Guilielmus
Carlier Landrisius, Præside Domino Doctore Alphonso Pisa,
S: Theologiæ Decano, & Ordinario professore etc.

4

Quinque has primas
Theses docet D. Dionysius, parte 3. cap. 3. Eccl: Hierar.

Nic: Con: Can: 11.

D. Dion, in epi, ad Demoph.

Math. 19.

Con. Cartag: 4. ca: 10.

Con: eodem ca: 9.

Ex eodem ca: 8.

Matt: 10. & Io: 4.

Con: Flore: in decreto ad Atmenos.

Con: Trident: can. 1. sels. 6.

Colligitur ex Con: Nic: can: 14.

Hebre: 5.

Acto: 20.

Anacl: epist: 2.

Clem: epist: prima.

Anacl: ep: 3. & Con: const: primum cap: 2, aut alias 5:

Meminit Con: Rom: sub Siluestro can: 6.

2. Cor: 5. & Anacl: ep: 2.

Lu: 12.

D: Diony: de cæle: hierar: cap: 6.

Ecclesiæ hym: tibi Christe, etc. & Dan: 10.

Ecclesiæ Aña exaltata est etc.

Ephes: 1.



Assertio prima.

Ecclesiastica Hierarchia, in multos gradus distinguitur, Hi uero sunt qui se quuntur.

Secunda de ἀκροωμένοις.

ἀκροωμένοι, id est, audientes quales sunt infideles, nec dum instrui volentes in fide, ad concionem tantum sunt admittendi.

Tertia de Catechumenis.

Catechumenis, non tantum Concioni, sed etiam missæ Catechumenorum, licet interesse.

Quarta de Apostatis.

Apostatæ, qui à fide Catholica recesserunt, inter audientes sunt collocandi.

Quinta de Energumenis.

Energumeni baptizati, de quibus D. Dionysius, cum Catechumenis excludendi sunt.

Sexta de Poenitentibus.

Tempore primituæ Ecclesiæ solenniter poenitentes à solis Episcopis absolvebantur.

Septima de Plæbe sancta.

Plæbi sanctæ in Choro esse olim non licuit,

Octava de Monachis.

Professionem Monasticam Christus Dominus consuluit.

Nona de Clericis.

Simplex clericatus, non est Sacramentum.

Decima de Ostiaris.

Ostiariorum est Insimus ordo inter quatuor minores.

Vndecima de Lectoribus.

Lectoratus non est supremus minorum ordinum.

Duodecima de Exorcistis.

Apostoli facti sunt Exorcistæ & Diaconi, cum missi sunt ad prædicandum per Iudeam.

Decima tertia de Acolythis.

In ordinatione Acolythi, & inferiorum confertur gratia.

Decima quarta de Subdiaconis.

Subdiaconatum, & reliquos ordines Christus Dominus instituit.

Decima quinta de Diaconis.

Diaconi sunt ministri Ecclesiæ Dei, ita ut & ipsam Sacram Eucharistiam dispensare possint.

Decima sexta de Sacerdotibus.

Sacerdotalis ordo est potestas sacrificandi.

Decima septima de Episcopis.

Proprium munus Episcoporū est regere Ecclesiam Dei.

Decima octava de Archiepiscopis.

Archiepiscopi fuerunt tempōribus Apostolorum.

Decima nona de Primatibus.

Sed & Primates.

Vigesima de Patriarchis.

Inter Patriarchas tempore Apostolorum secundus fuit Alexandrinus: hodie vero & ante mille annos Constantinopolitanus.

Vigesima prima de Cardinalibus.

Cardinales sunt Ecclesiæ membrum necessarium, & vnum ex nobilioribus.

Vigesima secunda de Legatis.

Apostoli fuerunt Legati Iesu Christi Domini nostri, sed Episcopi ordinati à S: Petro.

Vigesima tertia de summo Pontifice.

Summus pontifex est seruus, quem constituit Dominus super vniuersam familiam suam.

Vigesima quarta de Angelis.

Nouem sunt ordines Angelorum.

Vigesima quinta de S: Michaeli.

S: Michael est princeps Ecclesiæ, ut olim Sínagogæ.

Vigesima sexta de D: Virgine.

D: Virgo θεοτόκος exaltata est super choros Angelorum.

Vigesima septima de capite Ecclesiæ.

Christus Dominus est caput supra omnem Ecclesiam, supra omnem principatum, & potestatem, & virtutem & dominationem etc. Caput vero Christi Deus.

Laus Deo.

Disputabuntur in schola Theologica ipsa vigilia Apostolorum Simonis & Iudeæ hora octaua.

